

SULLA STRADA DELLA FELICITA'

L'arte di vivere secondo Lucrezio, Orazio e Seneca

1. CHE COSA E' FELICITA'

I testi di questo percorso hanno almeno tre caratteristiche in comune:

- In ciascuno di essi l'autore cerca di trasmettere la propria idea di felicità
- Emerge un'idea di felicità per sottrazione → si esclude ciò che non è felicità e ci si sofferma sulla felicità vera, che è ciò che rimane una volta dissipati i fantasmi delle false felicità
- Idea alta di felicità, felicità ideale, non solo per ciò che essa significa ma anche per il modo in cui viene espressa
- La metafora lucreziana del naufragio con spettatore, la massima oraziana del *carpe diem* ed il paragone di Seneca tra l'animo del saggio e la felicità di un dio sono momenti di punta di un percorso artistico oltre che espressioni di sapienza

FELICITA' E' ASSENZA DI DOLORE

Lucrezio, *De rerum natura* II 1-46

Suave, mari magno turbantibus aequora ventis,
e terra magnum alterius spectare laborem;
non quia vexari quemquamst iucunda voluptas,
sed quibus ipse malis careas quia cernere suave est.

Suave etiam belli certamina magna tueri
per campos instructa tua sine parte pericli.
Sed nil dulcius est, bene quam munita tenere
edita doctrina sapientum templa serena,
despicere unde queas alios passimque videre
errare atque viam palantis quaerere vitae,
certare ingenio, contendere nobilitate,
noctes atque dies niti praestante labore
ad summas emergere opes rerumque potiri.

O miseras hominum mentis, o pectora caeca!
qualibus in tenebris vitae quantisque periclis
degitur hoc aevi quodcumquest! nonne videre
nil aliud sibi naturam latrare, nisi utqui
corpore seiunctus dolor absit, mente fruatur
iucundo sensu cura semota metuque?

FELICITA' E' UN CONVITATO SAZIO

Orazio, *Satira* 1, 2-22; 41-67; 106-121

Qui fit, Maecenas, ut nemo, quam sibi sortem
seu ratio dederit seu fors obiecerit, illa

contentus vivat, laudet diversa sequentis?
«O fortunati mercatores» gravis annis

miles ait, multo iam fractus membra labore;
contra mercator navim iactantibus Austris: ...

...

est modus in rebus, sunt certi denique fines,
quos ultra citraque nequit consistere rectum.

Illuc, unde abii, redeo, qui nemo, ut avarus,
se probet ac potius laudet diversa sequentis,
quodque aliena capella gerat distentius uber,
tabescat neque se maiori pauperiorum
turbae conparet, hunc atque hunc superare laboret.

AUREA MEDIOCRITAS

Orazio, *Ode* II 10

Rectius vives, Licini, neque altum
semper urgendo, neque, dum procellas
cautus horrescis, nimium premendo
litus iniquum.

Auream quisquis mediocritatem
diligat, tutus caret obsoleti
sordibus tecti, caret invidenda
sobrius aula.

Saevis ventis agitur ingens
pinus, et celsae graviore casu
decidunt turres, feriuntque summos
fulgura montes.

Sperat infestis, metuit secundis
alteram sortem bene praeparatum
pectus. Informes hiemes reducit
Iuppiter; idem
summovet. Non, si male nunc, et olim
sic erit: quondam cithara tacentem
suscitat Musam neque semper arcum
tendit Apollo.

Rebus angustis animosus atque
fortis appare: sapienter idem
contrahes vento nimium secundo
turgida vela.

CARPE DIEM

Orazio, *Ode* I 11

Tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi, quem tibi
finem di dederint, Leuconoe, nec Babylonios
temptaris numeros. Ut melius, quidquid erit, pati!
Seu pluris hiemes seu tribuit Iuppiter ultimam,
quae nunc oppositis debilitat pumicibus mare
Tyrrhenum, sapias: vina liques et spatio brevi
spem longam reseces. Dum loquimur, fugerit invida
aetas: carpe diem, quam minimum credula postero.

FELICITA' E' VIVERE SECONDO NATURA

Seneca, de vita beata 3, 3-4

Interim, quod inter omnis Stoicos convenit, rerum naturae adsentior; ab illa non deerrare et ad illius legem exemplumque formari sapientia est. Beata est ergo vita conveniens naturae suae, quae non aliter contingere potest quam, si primum sana mens est et in perpetua possessione sanitatis suae, deinde fortis ac vehemens, tunc pulcherrime patiens, apta temporibus, corporis sui pertinentiumque ad id curiosa non anxie, tum aliarum rerum, quae vitam instruunt, diligens sine admiratione cuiusquam, usura fortunae muneribus, non servitura. Intellegis, etiam si non adiciam, sequi perpetuam tranquillitatem, libertatem depulsis iis, quae aut irritant nos aut territant; nam voluptatibus et pro illis, quae parva ac fragilia sunt et +ipsis flagitiis noxia+ ingens gaudium subit, inconcussum et aequale, tum pax et concordia animi et magnitudo cum mansuetudine; omnis enim ex infirmitate feritas est.

CHI VIVE SECONDO RAGIONE E' FELICE COME UN DIO

Seneca, Epistulae ad Lucilium 92, 2-3

Si de hoc inter nos convenit, sequitur ut de illo quoque conveniat, in hoc uno positam esse beatam vitam, ut in nobis ratio perfecta sit. Haec enim sola non summittit animum, stat contra fortunam; in quolibet rerum habitu ~servitus~ servat. Id autem unum bonum est quod numquam defringitur. Is est, inquam, beatus quem nulla res minorem facit; tenet summa, et ne ulli quidem nisi sibi innixus; nam qui aliquo auxilio sustinetur potest cadere. Si aliter est, incipient multum in nobis valere non nostra. Quis autem vult constare fortuna aut quis se prudens ob aliena miratur? Quid est beata vita? securitas et perpetua tranquillitas. Hanc dabit animi magnitudo, dabit constantia bene iudicati tenax. Ad haec quomodo pervenitur? si veritas tota perspecta est; si servatus est in rebus agendis ordo, modus, decor, innoxia voluntas ac benigna, intenta rationi nec umquam ab illa recedens, amabilis simul mirabilisque. Denique ut breviter tibi formulam scribam, talis animus esse sapientis viri debet qualis deum deceat.

2. FELICITA' RAGGIUNTA: IMMAGINI E MODELLI

E' sicuramente vero ciò che scrive Montale in *Ossi di seppia*:

*Felicità raggiunta, si cammina
per te sul fil di lama.
Agli occhi sei barlume che vacilla,
al piede, teso ghiaccio che s'incrina;
e dunque non ti tocchi chi più t'ama.*

Seneca la chiama *gaudii aequalitas*, gioia costante, che è *sapientiae effectus*, il risultato della saggezza e che egli descrive così in *Epistulae* 59, 16; 18

L'animo del saggio è come il mondo sulla luna: là c'è sempre il sereno. Hai, dunque, un valido motivo per desiderare la saggezza: una gioia perpetua. Questa gioia nasce unicamente dalla coscienza delle proprie virtù: può gioire solo l'uomo forte, giusto, temperante ... I lussuriosi passano ogni notte tra false gioie e come se fosse l'ultima: ma quella gioia che tocca agli dèi e a chi li emula è continua, senza fine.

*Questa forma di felicità è un **possesso per sempre** perché non ha origini in altri e pertanto non è soggetta all'arbitrio altrui: la fortuna non può togliere ciò che non ha dato.*

LA FELICITA' DELLA CONOSCENZA

Lucrezio, *De rerum natura* I 62-79

Humana ante oculos foede cum vita iaceret
in terris oppressa gravi sub religione
quae caput a caeli regionibus ostendebat
horribili super aspectu mortalibus instans,
primum Graius homo mortalis tollere contra
est oculos ausus primusque obsistere contra,
quem neque fama deum nec fulmina nec minitanti
murmure compressit caelum, sed eo magis acrem
irritat animi virtutem, effringere ut arta
naturae primus portarum claustra cupiret.
Ergo vivida vis animi pervicit, et extra
processit longe flammantia moenia mundi
atque omne immensum peragravit mente animoque,
unde refert nobis victor quid possit oriri,
quid nequeat, finita potestas denique cuique
quanam sit ratione atque alte terminus haerens.
Quare religio pedibus subiecta vicissim
obteritur, nos exaequat victoria caelo.

LA FELICITA' DI RIPENSARE AL CAMMINO COMPIUTO

Orazio, *Satira* I 6, 45-89

Nunc ad me redeo libertino patre natum,
quem rodunt omnes libertino patre natum,
nunc, quia sim tibi, Maecenas, convictor, at olim,
quod mihi pareret legio Romana tribuno.
dissimile hoc illi est, quia non, ut forsit honorem
iure mihi invidet quisquam, ita te quoque amicum,
praesertim cautum dignos adsumere, prava
ambitione procul. felicem dicere non hoc
me possim, casu quod te sortitus amicum;
nulla etenim mihi te fors obtulit: optimus olim
Vergilius, post hunc Varius dixere, quid essem.
ut veni coram, singultim pauca locutus -
infans namque pudor prohibebat plura profari -
non ego me claro natum patre, non ego circum
me Satureiano vectari rura caballo,
sed quod eram narro. respondes, ut tuus est mos,
pauca; abeo, et revocas nono post mense iubesque
esse in amicorum numero. magnum hoc ego duco,
quod placui tibi, qui turpi secernis honestum
non patre praeclaro, sed vita et pectore puro.
atqui si vitiis mediocribus ac mea paucis
mendosa est natura, alioqui recta, velut si
egregio inspersos reprehendas corpore naevos,
si neque avaritiam neque sordes nec mala lustra
obiciet vere quisquam mihi, purus et insons,
ut me collaudem, si et vivo carus amicis,
causa fuit pater his; qui macro pauper agello
noluit in Flavi ludum me mittere, magni
quo pueri magnis e centurionibus orti
laevo suspensi loculos tabulamque lacerto
ibant octonos referentes idibus aeris,
sed puerum est ausus Romam portare docendum
artis quas doceat quisquam eques atque senator
semet prognatos. vestem servosque sequentis,
in magno ut populo, siqui vidisset, avita
ex re praeberi sumptus mihi crederet illos.
ipse mihi custos incorruptissimus omnis
circum doctores aderat. quid multa? pudicum,
qui primus virtutis honos, servavit ab omni
non solum factis, verum opprobrio quoque turpi
nec timuit, sibi ne vitio quis verteret, olim
si praeco parvas aut, ut fuit ipse, coactor
mercedes sequeretur; neque ego essem questus. at hoc nunc
laus illi debetur et a me gratia maior.

IL PIACERE DI VIVERE COME SI VUOLE

Orazio, *Satira* I 6, 104-131

... Nunc mihi curto
ire licet mulo vel si libet usque Tarentum,
mantica cui lumbos onere ulceret atque eques armos.
obiciet nemo sordis mihi, quas tibi, Tilli,
cum Tiburte via praetorem quinque secuntur
te pueri, lasanum portantes oenophorumque.
hoc ego commodius quam tu, praeclare senator,
milibus atque aliis vivo. quacumque libido est,
incedo solus, percontor quanti holus ac far,
fallacem circum vespertinumque pererro
saepe forum, adsisto divinis, inde domum me
ad porri et ciceris refero laganique catinum;
cena ministratur pueris tribus et lapis albus
pocula cum cyatho duo sustinet, adstat echinus
vilis, cum patera guttus, Campana supellex.
deinde eo dormitum, non sollicitus, mihi quod cras
surgendum sit mane, obeundus Marsya, qui se
voltum ferre negat Noviorum posse minoris.
ad quartam iaceo; post hanc vagor aut ego lecto
aut scripto quod me tacitum iuuet unguor olivo,
non quo fraudatis inmundus Natta lucernis.
ast ubi me fessum sol acrior ire lavatum
admonuit, fugio campum lusumque trigonem.
pransus non avide, quantum interpellet inani
ventre diem durare, domesticus otior. haec est
vita solutorum misera ambitione gravique;
his me consolor victurum suavius ac si
quaestor avus pater atque meus patruusque fuisset.

LE GIOIE DELLA VITA IN CAMPAGNA

Orazio, *Satira* II 6, 1-15; 59-76

Hoc erat in votis: modus agri non ita magnus,
hortus ubi et tecto vicinus iugis aquae fons
et paulum silvae super his foret. auctius atque
di melius fecere. bene est. nil amplius oro,
Maia nate, nisi ut propria haec mihi munera faxis.
si neque maiorem feci ratione mala rem
nec sum facturus vitio culpave minorem,
si veneror stultus nihil horum 'o si angulus ille
proximus accedat, qui nunc denormat agellum!
'o si urnam argenti fors quae mihi monstret, ut illi, 1
thesauro invento qui mercennarius agrum
illum ipsum mercatus aravit, dives amico
Hercule!', si quod adest gratum iuvat, hac prece te oro:
pingue pecus domino facias et cetera praeter
ingenium, utque soles, custos mihi maximus adsis.

...

perditur haec inter misero lux non sine votis:
o rus, quando ego te adspiciam quandoque licebit
nunc veterum libris, nunc somno et inertibus horis
ducere sollicitae iucunda oblivia vitae?
o quando faba Pythagorae cognata simulque
uncta satis pingui ponentur holuscula lardo?
o noctes cenaëque deum, quibus ipse meique
ante Larem proprium vescor vernasque procacis
pasco libatis dapibus. prout cuique libido est,
siccat inaequalis calices conviva solutus
legibus insanis, seu quis capit acria fortis
pocula seu modicis uvescit laetius. ergo
sermo oritur, non de villis domibusve alienis,
nec male necne Lepos saltet; sed, quod magis ad nos
pertinet et nescire malum est, agitur, utrumne
divitiis homines an sint virtute beati,
quidve ad amicitias, usus rectumne, trahat nos
et quae sit natura boni summumque quid eius.

LA FELICITA' DI SAPERSI ACCONTENTARE: il topo di campagna e il topo di città

Orazio, *Satira* II 6, 77-117

Cervius haec inter vicinus garrat anilis
ex re fabellas. si quis nam laudat Arelli
sollicitas ignarus opes, sic incipit: 'olim
rusticus urbanum murem mus paupere fertur
accepisse cavo, veterem vetus hospes amicum,
asper et attentus quaesitis, ut tamen artum
solveret hospitii animum. quid multa? neque ille
sepositi ciceris nec longae invidit avenae,
aridum et ore ferens acinum semesaque lardi
frusta dedit, cupiens varia fastidia cena
vincere tangentis male singula dente superbo,
cum pater ipse domus palea porrectus in horna
esset ador loliumque, dapis meliora relinquens.
tandem urbanus ad hunc "quid te iuvat" inquit, "amice,
praerupti nemoris patientem vivere dorso?
vis tu homines urbemque feris praeponere silvis?
carpe viam, mihi crede, comes, terrestria quando
mortalis animas vivunt sortita neque ulla est
aut magno aut parvo leti fuga: quo, bone, circa,
dum licet, in rebus iucundis vive beatus,
vive memor, quam sis aevi brevis." haec ubi dicta
agrestem pepulere, domo levis exsiliit; inde
ambo propositum peragunt iter, urbis aventes
moenia nocturni subrepere. iamque tenebat
nox medium caeli spatium, cum ponit uterque
in locuplete domo vestigia, rubro ubi cocco
tincta super lectos canderet vestis eburnos
multaque de magna superessent fercula cena,
quae procul exstructis inerant hesternae canistris.
ergo ubi purpurea porrectum in veste locavit
agrestem, veluti succinctus cursitat hospes
continuatque dapes nec non verniliter ipsis
fungitur officiis, praelambens omne quod adfert.
ille cubans gaudet mutata sorte bonisque
rebus agit laetum convivam, cum subito ingens
valvarum strepitus lectis excussit utrumque.
currere per totum pavidi conclave magisque
exanimis trepidare, simul domus alta Molossis
personuit canibus. tum rusticus: "haud mihi vita
est opus hac" ait et "valeas: me silva cavosque
tutus ab insidiis tenui solabitur ervo."

LA VIA DIFFICILE DELLA FELICITA' NELLA VIRTU'

Seneca, *De vita beata* 16

Ergo in uirtute posita est uera felicitas. Quid haec tibi uirtus suadebit? ne quid aut bonum aut malum existimes quod nec uirtute nec malitia continget; deinde ut sis immobilis et contra malum et ex bono, ut qua fas est deum effingas. Quid tibi pro hac expeditione promittit? ingentia et aequa diuinis: nihil cogaris, nullo indigebis, liber eris, tutus indemnis; nihil frustra temptabis, nihil prohibebers; omnia tibi ex sententia cedent, nihil aduersum accidet, nihil contra opinionem ac uoluntatem. «Quid ergo? uirtus ad beate uiuendum sufficit?». Perfecta illa et diuina quidni sufficiat, immo superfluat? Quid enim deesse potest extra desiderium omnium posito? Quid extrinsecus opus est ei qui omnia sua in se collegit? Sed ei qui ad uirtutem tendit, etiam si multum processit, opus est aliqua fortunae indulgentia adhuc inter humana luctanti, dum nodum illum exsoluit et omne uinculum mortale. Quid ergo interest? quod arte alligati sunt alii, adstricti [alii], districti quoque: hic qui ad superiora progressus est et se altius extulit laxam catenam trahit, nondum liber, iam tamen pro libero.

3. LA FELICITA' DELLA BUONA MORTE

NULLA E' PER NOI LA MORTE → Lucrezio, *De rerum natura* III 830-851

IL RIFUGIO TRA LE «FELICI ALTURE» → Orazio, *Ode* II 6

L'IMPORTANTE E' POTER DIRE «HO VISSUTO» → Seneca, *Epistulae ad Lucilium* 12, 1-5; 8-9

VIXI, «HO VISSUTO», LA VERA FELICITA'

Convergenze senecane-oraziane

Quisquis dixit «vixi» cotidie ad lucrum surgit. (Ep.12)

Orazio Ode III 29, 41-43: Ille potens sui laetusque deget cui licet in diem dixisse: 'Vixi'

Orazio Ode I 9, 13-14: quem fors dierum cumque dabit, lucro adpone

Orazio, Epistola I 4, 13-14: Omnem crede diem tibi diluxisse supremum: grata superveniet quae non sperabitur hora.

Vie diverse per un'unica felicità

Il **carpe diem** oraziano trova un riscontro nel **protinus vive** del *De brevitae vitae* 9, 1 e in quel **Nihil differamus** dell'*Epistola* 101, 8

Mentre Orazio esorta a non darsi pensiero per il futuro (*Evita di chiedere che cosa avverrà domani; Ode I 9, 14*), Seneca parte dall'idea che di futuro ne resti sempre troppo poco. Tuttavia, anche se da punti di vista differenti, le due ottiche convergono sul presente, perché è nel presente che si mette in gioco la propria vita. E proprio nel presente si scopre che il bene della vita non dipende dalla durata della vita stessa, ma dall'uso che se ne fa.

PERCORSO SULLA FELICITA'

Felicità: un'idea antica

Saffo, La cosa più bella

Aristotele, Etica Nicomachea 1095a

Erodoto, Creso e Solone

Simonide di Ceo fr. 16 Page

Sofocle, Edipo a Colono 1224-1238

Sofocle, Antigone, 1347-1353

Aristotele, Etica Nicomachea 1177°; 1099 ab; 1097b

Tutti i brani in traduzione

Che cos'è la felicità

Epicuro, Lettera a Meneceo 131-132 **in traduzione**

Seneca Ep. 59, 15 "omnes tendunt verum gaudium"

Lucrezio, De rerum natura II, 1-46 Felicità è assenza di dolore

Orazio, Satira I 1, 1-22; 41-67; 106-121 Felicità è un convitato sazio **in traduzione**

Orazio, Ode II 10 Aurea mediocritas

Orazio, Ode I 11 Carpe diem

Seneca, De vita beata 3, 3-4 Felicità è vivere secondo natura

Seneca Epistula 92, 2-3 Chi vive secondo natura è felice come un dio

Felicità raggiunta

Felicità raggiunta confronto con Ungaretti, Pellegrinaggio e Montale, felicità raggiunta

Seneca, Ep. 59,16;18 **in traduzione**

Orazio, Satira II 6, 1-4 **in traduzione**

Orazio Satira I 6, 65-71 **in traduzione**

Lucrezio, De rerum natura I 62-79 La felicità della conoscenza

Seneca, De vita beata 16 La via difficile della felicità nella virtù

La felicità della buona morte

Lucrezio, De rerum natura III 830-851 Nulla è per noi la morte

Orazio Ode II, 6 La felicità più vicina **in traduzione**

Seneca, Ep 12, 1-5; 8-9

Da tradurre in classe:

Cicerone, Questioni filosofiche: virtù e felicità (*Tusculanae disputationes* V, 1-10)

Cicerone, Il sommo bene e la felicità (*De finibus bonorum et malorum* II, 87-88)

Ed ancora, **Il taedium vitae:**

Seneca De tranquillitate animi T4 pag 72

Seneca, Ep. 28 Cambiar animo, non il paese

Orazio, Epistulae I, 11 a Bullazio **in traduzione**

Orazio, Ode II, 16, 17-24 **in traduzione**

Orazio, Ode III, 1, 33-40 **in traduzione**

Leopardi, Epistola al conte Pepoli

C. Baudelaire, Il viaggio

Sul **tema del viaggio a partire da Seneca, Epistula XXVIII** confronto tra:

K Kavafis, La città

K. Kavafis, Itaca

G. Caproni, Biglietto lasciato prima di non andar via

G. Caproni, Errata Corrige

G. Caproni, Apostrofe a un impaziente d'imbarco

METAFORE IN SENECA

Seneca, "La brevità della vita", a cura di A. Traina, Loescher, Torino, 1972

- *Consolatio ad Marciam* (10,4: *miseri nescitis in fuga vivere*: “poveri voi, che non sapete che tutta la vita si svolge in condizione di fuggiaschi”)
- *Naturales quaestiones* (6,32,10: *in puncto fugientis temporis pendeo*: “sono sospeso nell’attimo del tempo che fugge”)
- *Epistulae ad Lucilium* (49,2: *praecipitis fugae transitus*: “ il passaggio nella sua fuga precipitosa”)

IL FIUME, IL PUNTO, L'ABISSO

- *praesens tempus brevissimum est, adeo quidem ut quibusdam nullum videtur; in cursu semper est, fluit et praecipitatur; ante desinit esse quam venit, nec magis moram patitur quam mundus aut sidera, quorum inrequieta semper agitatio numquam in eodem fastigio manet (De brev. vitae,10,6)* → “il tempo presente è brevissimo, a tal punto che ad alcuni sembra inesistente; è sempre in corsa, fluisce e corre a precipizio; cessa di essere prima di giungere e non sopporta indugio più di quanto lo sopportino l’universo o le costellazioni, il cui movimento sempre irrequieto mai rimane nello stesso luogo”.

La metafora del fiume vista nei suoi effetti devastanti

- *omnia sternet abducatque secum vetustas (ad Marciam,26,6)*: “ogni cosa abatterà e porterà via con sé la vecchiaia”
- *tempus te tacitum subruit (Phaedra,775)*: “il tempo ti rode in silenzio”
- *corpora nostra rapiuntur fluminis more (Ep.,58,22)*: “i nostri corpi sono trascinati via come le acque di un fiume”, *agit nos agiturque velox dies: in scii rapimur (Ep.,108,24)*: “il tempo veloce ci spinge innanzi ed è spinto: siamo trascinati via senza accorgercene”
- *magnum solarium est cum universo rari (De prov.,5,8)*: “è grande conforto essere rapiti insieme all’universo”

La metafora del punto e dell'abisso

- *punctum est quod vivimus, et adhuc puncto minus (Ep.49,3):* “la nostra vita è un attimo, anzi meno di un attimo”
- *in hoc punctum coniectus es, quod ut estendas, quo usque estende? (Ep.77,12):* “Sei stato gettato in questo istante, e, pur prolungandolo, fino a quando lo prolungherai?”
- *in puncto fugientis temporis pendeo: (Naturales quaestiones 6,32,10)* “sono sospeso nell’attimo del tempo che fugge” → l’essere umano è come “sospeso” fra due abissi, quello del passato (*omnia in idem profundum cadunt, Ep.49,3:* “tutto cade nel medesimo abisso”) e quello del futuro (*profunda supra nos altitudo temporis veniet, Ep.21,5:* “il profondo abisso degli anni ci sommergerà”)

Il mare e il porto

“Allontanati pertanto dal volgo, o Paolino carissimo, e ritirati finalmente in un posto più tranquillo, dopo essere stato sballottato più a lungo di quanto avrebbe comportato la tua età. Pensa quanti flutti tu hai affrontato, quante tempeste, in parte private tu hai sostenuto, in parte pubbliche abbia volto su di te; in prove faticose e inquietanti già abbastanza è stata mostrata la tua virtù: sperimenti quali risultati consegua un riposo appartato” (*De brev. vitae*,18,1)

Il saggio ed il tempo

Il cosmo senecano è in perenne movimento (*inrequieta agitatio, De brev. vitae, 10,6*); ma se il tempo gioca col mondo (*nec hominibus solum....sed mundi partibus ludet: “né solo con gli uomini, ma con le parti della terra si divertirà”, ad Marciam,26,6*), il saggio può prendersi gioco del tempo (*cum multo risu seriem temporis temporum cogitat: “con una gran risata pensa al succedersi delle ore”, Ep.,101,8*).

cogita semper qualis vita, non quanta sit (Ep.70,5): “pensa sempre alla qualità della vita, non a quanto sia lunga”;

in optimo illam (sott. vitam beatam) statu ponit qualitas sua, non magnitudo (Ep.85,22): “la sua qualità pone la vita felice in un’ottima condizione, non la grandezza”;

doce non esse positum bonum vitae in spatio eius, sed in usu (Ep.49,10): “insegnami che il valore della vita non dipende dalla sua lunghezza, ma dall’uso che se ne fa”;

quam bene vivas refert, non quam diu (Ep.101,15): “ importa che tu viva bene, non a lungo”;

non ille diu vixit, sed diu fuit (De brev. vitae,7,10): “egli non ha vissuto a lungo, ma a lungo è esistito”.

Il presente

qui cotidie vitae suae summam manum imposuit, non indiget tempore. Ex hac autem indigentia timor nascitur et cupiditas futuri exedens animum...Quo modo effugiemus hanc volutationem? Uno, si vita nostra non prominebit, si in se colligetur. Ille enim ex futuro suspenditur, cui irritum est praesens...Ideo propera, Lucili mi, vivere et singulos dies singulas vitas puta (Ep.101,8-9): “Chi ogni giorno dà alla sua vita l’ultima mano, non sente il bisogno del tempo. Da questo bisogno inoltre nascono il timore e il desiderio del futuro che ci rode l’animo...In che modo sfuggire a questa agitazione? In uno solo, se la nostra vita non si espanderà al di fuori (verso il futuro), se si raccoglierà in se stessa. Infatti è in balia del futuro colui per il quale il presente è vano....Perciò, o mio caro Lucilio, affrettati a vivere e considera ogni singolo giorno come una vita intera”.